



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 109. Polonorum provocatio a Papa ad futurum Concilium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



Sæcul. XV. tare, vel saltem quodammodo mitigare  
A. C. 1418. conatus fuerit.

## §. CIX.

*Polonorum provocatio a Papa ad futurum Concilium.*

Verum hæc Pontificis indulgentia tantopere commovebat Polonos, ut non modo actionem denegatæ justitiæ instituerent, sed etiam de electione Martini V. ad futurum Concilium provocarent. Horum causæ suffragati sunt Galli, eo quod Falckenbergii præcepta parum aut nihil discreparent a Joannis Parvi propositionibus. Verum nec illi nec isti impetrare poterant, ut libellus Joannis Falckenbergii, aut Ducis Burgundi vindiciæ a Joanne Parvo compositæ in plena Synodo damnarentur.

## §. CX.

*Gerfonii tractatus pro Polonis.*

*Gerfon. to. 5.* **H**oc factum ægerrime tulit Gerfonius, & in quodam Dialogo Apologetico hac de re, soluta jam Synodo, elucubrato, accerrime conquestus est. Itaque docet, in Caussis fidei licere appellare a judicio Papæ, cum hoc judicium non foret infalibile, prout tamen esset judicium Concilii Generalis. Ex quo deducit, quod in materia fidei *nulla determinatio Judicialis*  
*Episco-*